TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_0768**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Cronache Latine

758
a
777

SERIES CHRONOLOGICA PATRIARCHARUM AQUILEJENSIUM

Ex tutiori combinatione temporum, et certiori Monumentorum integritate nuper deprompta.

Opus Lucretij Treti fabritij Utinensis.

Series Chronologica Patriarcharum Aquilejensium exactiori combinatione temporum, et certiori Monumentorum integritate nuper depromta.

S: Ecclesia Aquilejensis in principio Christianæ Religionis orta Imperatoribus persequentibus diu dormivit in Cuna: diu latuit bulis, et Strepitu Numeriani sævientis surrexit Hilar: Ep: et Mart: Anno Dom: 276. Hinc crudelissima Diocletiani tempestate plurimorum Fidelium sanguine imbuta, pugnarum Sanctitatis lumen emisit, ac Arianam hæresim in suo Concilio damnavit An: Dom: 381. Longobardis in Italia regnantibus è feto schismatis Gradensem Ecclesiam edidit. Grego: II Cont: Marc: Patriarchalem titulum, Paliumque suscepit An: Dom: 719.

Et Carolo magno imperante gloriosum adepta incrementum antiquæ dignitatis jure, et Leg IV. decreto 31: Xbris 1561: post quatuor Orientales Ecclesias prior à suprema Latina eminet in Occidente. Baron: T: I: An: 46: 48: et 381. Cornelio a Lapid: Arg: in Marc: Boland: T: 3. Ap: f: 347. Ughel in Ital: Sacr: T: 5: 19: 20: et 21. Codices antiq: et seu Lectionarij S. Eccle: Aquilej: E: Thulner in memori: Diplom. Caroli M: Hist: T: I: Tridant: in Calce.

An: D:

S: Marcus Evangelista missus Aquilejam à S. Petro Apostolo ejusdem Urbis Episcopatum instituit Anno Domini — moxque Egiptum petijt, et Alexandriæ martirium subijt a: Baron: T: I: An: 46 et 48. Linebrand: in Chron: act: S. Marci Boland: Tom: 3. Aprili. f: 347: Cornel: a Lapide Arg: in Marc:

46. 48. 63.

Non solum Aquilejensis, sed etiam Laureacensis Ecclesiæ in Norico Ripensi Fundatorem fuisse S. Marcum plures Scriptores testantur, et Monumentum adhuc prætorum hujus rei exstat in Opido Ens non procul à ruinis veteris Laureaci sito, et saxo insculptum.

Laureacensem Ecclesiā talem originem habuisse affirmant Annales Laureaci, Pattavienses, Salisburgenses, et omnes rerum Noricarum Scriptores, inter quos Aventinus, Bruschius, Cuspinianus, Raderus, et Undius, de quibus iam testis est eruditissimus Novacutus in Addit: ad Vghellum T: 5 nuper editum An: Dom: 1720. verum promiscuitatis relationes, quas mutuò habebant antiquis temporibus inter se Aquileienses et Norici magnum afferunt argumentum, quod et S: Marcus eisdem vicissim fidem intulerit. Signus quoq: veritatis est Codex Evangelij Aquileiae manu ejusdem Marci exaratus, qui ex Civitate Forojulij Venetias translatus est An: D: 1420. et aureo illius in Templo asservatur, ut constat in Diario Ital: P. Bernardi de Montefaucon Cap: 4. f: 55. usq: 60.

S: Hermagoras Discipulus S: Marci Evang: à S: Petro Apostolo Romae ordinatus Episcopus Urbis Aquileiae, adijt eamdem Civitatem, et Populos ad lucem veritatis attraxit praedicando; huic miraculis clarus una cum Fortunato Diacono suo ob confessionē fidei meruit martirij Coronam accipere Die 12. Julij Anno Dom: — — — — — 70

Martyrologia antiqua Adonis, Usuardi, Belesini: Cod: Passion: Catal: et Breviaria vetera S: Eccl:ae Aq: Schonleben in An: Carn: T: p: 2: 3: 160.

Hic S: Martir praemisit ad palmam Nobb: Virgines Euphemiam, Dorotheam, Teclam etc: Aquilej:, quas proprijs manibus baptizavit. Atq An: D: 67. jussu Tyranni Praesidis pluribus tormentorum generibus cruciatae, ac morti traditae post Christi passionem primae ad martirij Coronam properarunt, et protomartires inter foeminas, sicut Stephanus inter viros praecesserunt

etiam

etiam aliq Tecla discipula S. Pauli Apos:, quæ martirium subire tantum incepit, et demum naturali morte deces=sit teste Vigliega An: D: 90. Zancharolus in vita S. Herm: f: 15 et 16. Petrus Eq: in Cat: lib. 5. Alfons Vigliey in vita S. Teclæ.

Hinc Regnantium Tyrannorum causa nil mirum, quod Civitas Aquileiæ diu caruisset Episcopo, defuncto Hermacora barreo Urbs hæc Idolatriæ adhesit. Sanctus Sirus Idolatriæ qui fuit comes S: Hermacoræ, et vixit usq: An: D: 96 vidit Aquileiæ inconstantiam, et prophetizavit illius eversionem, ut patet apud Luitprandum lib. 6. C. 2.

Christiani teste Volchero citato à Tilemontio T. 3. p: 8. 2. non habuerunt Templa aperta ante Severi persecutionem usq. An: Dom: 200. ideò et similiter Episcopi tunc degebant occultè. Secundò Ichi seculo circa An: Dom: 160. à Pio p.o Pont: Max: Aquileiæ nato probabiliter putandum, quod tam inclita Civitas suum quoq: habuisset Episcopum; sed in ea caligine temporum quid demonstrabile Nos invenire confidimus? Vide Sac: Mon: P: vou: T: 1: f: 9: usq: 19. S: Hilarius = Vulgò Helarus post diutinam Annorum 206. vacationem suc=

An: D: 246. cessit Hermacoræ Aquileien: Eccl: Episc:, et Numeriano Impe=ratore una cum Taciano Dionisio, et socijs martirium sustulit

in partij Anno Domini — — — — — — — — 264.

Vghell: T: 5. Baron: Anno 64. n. 4. Cod: et Catal: S: eccl: Aquil:

Chrisogonus genere Græcus Aquileia Urbe amplissima orientales Populos in Italiam frequentes accienta S: Hilario suc=cessit Anno Domini — — — — — — — — 266

Vghell: T: 5: f: 21. et 22. Cat:, et Regesta S: Aq: Eccl:

S: Quirinus Episcopus Aquileien:, Laureacensis, et Sis=
ciensis ab Infidelibus huc illuc ejectus, in Panoniam tandem Mar-
tir obijt 4. Jun: Anno Domini — — — — — — — — 308.

Lazius, Bruschius, Undius, et Cuspinianus citati à Scho:
leben T: p. L: 3: f: 209. Quod autem S: Quirinus fuerit Philip:
pi Imperatoris Filius ut scripsit Scarsab:ae nullum est funda:
mentum apud Veteres, et benè advertit Raderus in Bav: Sac:
d alios Philippo fuisse filios, quam Philippum Juniorem paulo
post Patrem occisum.

S: Theodorus genere Thracius Episcop: Aquileien: una
cum Agathone Diacono suo Concilio Arelatensi p:o adfuit An: D: 314
quem sub Agone Preside Aquileiensi martirium subijsse Can=
did: in Coment: Aq: lib: 2: scribit.

Chrysocomus Dalmata Episcop: Aquil: diversus à Chry-
sogono juxtà Dandulum, et Candidum sedebat (Ughell. etiam teste) A: D: 316.

Agapitus Episcop: Aquil: Vir Sanctus, et pijs operibus in=
tentus, prędicatione ac moribus clarvit, plura templa exornavit,
et sedebat An: Dom: — — — — — — 320
Ughell: T: s: f: 23.

Benedictus Episcop: Aquil: Romano Concilio interfuit A: D: 337
Julio p:o Pont: Max: post quem primus sedit, primusq: senten=
tiam tulit. Acta Concilij Romani citata à Pallad: seniori lib: 6: f: 129.

Fortunatus p:s Episcop: Aquil: adfuit Concilio Sardicensi
Anno Domini — — — — — — — — — — — 347.
Episcopatum Sabionensem nunc Brixinensem fundavit Anno Dom. 350.
quem sufraganeum Aquileien: Ecclesię aliquandiu fuisse testatur
Undius T: p: fuit Hic Pręsul parum labe Ariana infectus, et tandem
in se reversus obijt Anno Dom: — — — — — — 366.
Ughell: T: s: Dandalus: Hist: T: l: Fontan: Bibliot: lib: 3. C: 1 et 3:

S: Valerianus Ep: Aq: una cum S.S:tis Ambrosio Medio:
lanensi, Eusebio Bononi:, alijsq: S.S:mis Episcopis in suo Concilio Aq:o An: D: 381.

Aquileiae

Arianos damnavit – Concilioq: Romano interfuit An: Dom: — 362
et meritis gloriosus migravit in Cælum die 27. 9mbris An: Dom: 368.
Baron: T: 4: Anno 381. Cat:, et Regesta S: Eccl: Aq: Vgh: T: 5: Hist: f: 1:
S: Ecclesia Aq: (decernente S: Valeriano) in symbolo Apostolico ad vo:
cem Carnis addidit hujus carnis resurrectionem, ut omnes Hæreticorum
versutiæ tolerentur Dupin:, et alij comun: S:

S: Chromatius Epis: Aq: Doctor mirificus, et contemporaneus
S.ti Hyeronimi Comentarium de octo Beatitudinibus, et plura opera
composuit. Ergastulum coacto Concilio Origenis hæreses damnavit, et
in Romano consessu pro S: Jo: Chrisost: sententiam tulit; Ecclesiæ
suæ sanctissimis moribus præfuit, et migravit ad Cælum die 2: Xbris An: D: 413.
S: Hyeron: Epist: 46: S: Jo: Chrisost: Ep: 155 Ruffin: Aq: lib: p.o Cat:
S: Eccl: Aq: Chromatij tempore S:a Eccl:a Aquil: dicta fuit Chorus
Beatorum à S: Hyeronimo ejusdem Eccl: Clericorum sanctitatem lau:
dante: S: Hyeronimo in Addect: ad Chron: Eusebij An: Dom: 376.

Augustinus natione Beneventanus Aquileiæ Episc: erat
dum Romæ pendebat Pontificatus inter Eulalium, et Bonifacium An: D: 419.
Catal; et Regest: Eccl: Aq: Pallad: senior lib: 10: f: 178:

Adelphus Ashinus, Episc: Aquil: sedebat Valentiniano
Imperat: Aquileiæ comorante An: Dom: — — — — 425.
Cat: Eccl: Aq: Pallad: Senior lib: 10: f: 179.

Maxim: Epis: Aq: imminentibus Barbarorum periculis
oues suas Pastor bonus in timore Domini regebat An: Dom: 430.

Januarius Pollenatus Ecclesiæ Aq:is in Episcopatu sede:
bat Xisto III. Pont: Max: dum Bassus damnatus est in Romano
Concilio An: Dom: — — — — — — — 433.
et (ut Tabulæ Aquileiensis Eccl: habent) ad eum S: Leo P: Litteras
dedit An: Dom: — — — — — — — — 447.
quo Anno etiam in Regestis Aquileiensibus obijsse apparet
Pallad: Senior lib: 10: f: 181: Vghell: T: 5:

Secundus Januario successit. Vir moribus ac scientia præ:
ditus triennio Aquileiensem rexit Ecclesiam, et sedebat An: Dom: 450.
Vghell: T: 5: Pallad: senior lib: 10: f: 182.

S: Nicetas Episc: Aq: euersa ab Hunnis Civitate An: D: - 452.

Cordis

Cordis afflicti martirium sustulit, et copiosa meritorum messe collecta obdormivit in Domino die 22. Junij Anno Dom: — 463.
Candidi coment: Aquil: lib: 3. f: 12. Cat: S: Eccl: Aq: Palladi: Junior lib: 10: fol: 152. Ughell: T: 5: Martirol: Rom: die 22. Junij.

Romatiane Civitatis Epis: dictus est, quia in Provincia Foriiulij temporibus illis, ut plurimum hec sonuit Vox, presertim de Porta Romatino, et Flumine Romatino prope Concordiae Civitatem, ubi Presides Romani sepè agebant quemadmodum et Aquileiae, à qua Concordiam se contulisse etiam Episcopus Aquileiensis putatur, imò Aquileia diruta Niceas ad Portum Romatinum forsan confugit, hacque de causa Romatianus Epis: dictus est. Nonnulli quoque Episcopi Aquil: sic nuncupati fuerunt, ut de se ipso S: Chromatius in suo Comentario de octo Beatitudinibus, ideò sit quidem alibi alia Romatiana Civitas Episcopalis, Niceam Episcopum Aquileiensem nemo negare potest. Scriptores de eodem valde diffuse agunt, et S: Ecclia Aquil: eius Festum signat littera **A**. innuendo scilicet illum esse Aquileiensem, quod certè et sinè fundamto statuit.

Post S: Niceam quinque Praesules Aquil: ante Marcellianum ignoramus sedisse; patet error in temporibus ac in eorum Nominibus à quibusdam Auctoribus aliunde confusis; unde admonitus Lector adverte.

Marcellianus Italus in Episcopatu Aquil: doctrina, et pietate claruit Ughello, et Palladio iuniore testibus c.a An: Dom: — 493.

Marcellinus Ep: Aq: Urbem ab Hunnis eversam restauravit, et sedit An: Dom: — 499.
Ughell: T: 5: Pallad: iunior P: p: lib: p: f: 15.

Stephanus Epis: Aq: prò fide Catolica multa sustulit regnante in Italia Theodorico Gothorum Rege Ariana labe infecto An: Dom: — 517.
Ughell: T: 5: Pallad: Junior P: p: lib: p: f: 15.

Post

Post Stephanum sedisse Mattentinum fundamenta nondum accepimus; Hoc nomen hactor ulterius inuenies.

Hinc Schisma.

Macedonius Ep: Aq: in Synodo Constantinopolitana Justiniani jussu celebrata An: Dom: — — — — — 553.
una cum pluribus quoq. Episcopis tria Calcedonensis Concilij capita non recepit, et ortum est Schisma, quod transiuit in aliquot successores; obijt An: Dom: — — — — 554.
Vghell: T: 5: Collad: iunior P: p: lib: p: f: 56: P: Thulner in man: An: Dom: 1553.

Paulinus p:s Ep: Aq: Longobardorum metu cum sacro thesauro Eccl: suae in Gradensem Insulam se recepit, ubi decessit An: Dom: — — — — — — 573.
Paulus Diaconus de Gest: Longob: lib. 2 Vghell: T: 5:

Probinus Anicia ill:ri Prosapia ortus Anno i. Aq:i in sede praefuit — — — — — — 574.
et obijt in Grado sepultus. Cat: Eccl: Aq: Vghell: T: 5: f: 26:

Helias Graecus Probino successit An: Dom: — 575.
Manicheorum prauitate captus 3: Calcedonen: Concilij capita recusauit, moxq: agnouit errorem, Synodum coegit, et sedem ad Gradi Vrbem transtulit An: Dom: — — — — 586.
Vghell: in Ital: sac: T: 5: Pall: iunior P: p: lib: p: f: 38.

Seuerus Rauennas electus Ep: Aq: An: Dom: — 589.
à Smaragdo Exarca Manicheis assentiri coactus, et à Papa Greg: ad Catholicam ueritatem reuocatus Cormonum se recepit An: Dom: 605.
et obijt in Templo S: Euphemiae Gradi sepultus.
Vghell: T: 5: Pall: iunior P: p: lib: p: f: 38:

Hinc in Schismate Patriarchae Titulus.

Joannes Abbas in antiqua Ciuitate Aquileiae Agilulpho Rege Longobardorum ad sedem Aquil: Ecclesiae promotus communi Populorum uoce Patriarcha nuncupatus est An: Dom: — 605.

In Grado

En iuris caduci quo Sede Aq: eo usq. tempo.^ris una cu Rom:^a Pont:^a potestas Veneta Vindex. In Grado tunc praeq: Candianus honore Palij à Romano Ponti: fice patentibus Venetis, ad eamdem Sedem assumptus, ex uno Schis: mate duplex natum apparuit.

Paulus Diacon: citat: a Pallad: P: p. f: 41: Vghell: T: 5: C: Thul: ner in mem: An: Dom: 605:

Patriarchae et Archiepisc: nomen primis 4: Eclesiae Saeculis in: auditum, ait Natalis ab Alexandro in Hist: Eccl:^a T: 3: sec: 1: cap: 12. art: 3.

Marcianus Civanensis Ioanni Aquileiae successit; et Arioaldi Regis Longhobardorum favore incrementum Patriarchatus obtinuit — — — — — — 633.

Vghell: T: 5: Patt: P: p: lib. p.^o f: 52.

Fortunatus ii. è Grado thesaurum Eclesiae suae Cor: monum asportavit, et sedit (Vghell: T: 5. et Regett: Eccl: Aq: An: D: 636.

Maximus ii. dictus etiam Felix adfuit Romano Late: ranensi Concilio Martino p.^o Pont:, à quo p.^s sedit, et pro eo: dem locutus est contra hereticam pravitatem An: Dom: — 649.

Cat: Eccl: Aq: Patt: Diun: P: p. lib. 2. f: 50.

Ioannes ii. Graecis Imperatoribus, Vnitisq: Populis sequi: entibus sedit An: Dom: — — — — — — — 670.

Cat: Eccl: Aq: Patt: Diun: P: p. lib. 2. f: 59.

Petrus Ioanni ii. successit, et sedit in Cormono Agatone Pont: An: Dom: — — — — — — 680.

Vghell: T: 5. f: 33. - 34. Cat: Eccl: Aq:

Synodus Aquileiae sub Sergio Papa An: Dom: — 695.

Schismatis finis

Serenus Patriarcha Aquil: tria Calcedonensis Concilij capita subscripsit, et Luitprando Rege favente à Gregorio ii. Pont: max: Palio Sacro ornatus est. An: Dom: — — — 719.

Cat: Eccl: Aq: Vghell: T: 5: C: Thulner An: 719. Hist: com:^r

Calistus ex Archidiacono Eccl: Tarvisinae Patriarcha Aquil: 730.
Luitprando Rege favente à Gregorio iii. divisionem Sedis suae à Gradensi

obtin:

obtinuit An: Dom: — — — — — — — 733.
Sedem in Civitatem Forijulij recepit, ubi Ecclesiam, et Baptis-
terium S: Joannis, ac Pallatium Patriarchale extruxit, et obijt An: D: 770.
Regest: Eccl: Aq: Ughell: T: 5: Hist: com:
In Civitate Forijulij à Romanis y: Colonia Scaptia nuncupata
Longobardorum Ducum durante regimine Aquileienses Patriarchi
Ibi agentes, Ecclesiam Metropolitanam suam plurima Honoris cons-
picuaque Dignitate auxerunt, ut patet in prod: Regestis, et Hist: com:

Joannes iii. Longobardorum viribus fultus Gradensibus
adversabatur An: Dom: — — — — — — — 772.
Ughell: in Annot: f: 33. et 34:

Sigualdus Desiderij Regis Affinis Stephano iiii. et
Adriano Successore Pontificibus Aquileiensem rexit Ecclesiam An: D: 774.
Ughell: in Add: f: 35. Pall: iun: lib. 2: f: 78:

S: Paulinus Forojuliensis Carolo Magno imperante
ad Patriarchatum Aq: promotus, doctrina et sanctitate clarus
plura pro Eccl.a sua privilegia, et munera obtinuit; in Civit:
Forijulij Concilium celebravit An: Dom: — — — — — 791
et meritis, ac miraculis ditatus à Domino migravit in Caelum An: D: 804.
Corpus in Templo majori Civitatis Forijulij asservatur, et quot An-
nis die 11. Januarij ejusdem S: Paulini memoria colitur.
Baron: Ferrar: Ughell: Regest: Eccl: Aq:, et Hist: com:

Ursus à Capitulo Metropolitano (quod sub Paulino auc-
toritatem eligendi cepit habere) ad Patriarchatum evectus, iura
Eccl.e suae à Fortunato Gradensi turbata ad Leonem iii. Pont: Max:
detulit, et obijt An: Dom. — — — — — — 809.
Ughell: T: 5: Regest: Eccl: Aq: Pall: iun: lib: 3: f: 101. et 102.

Maxentius adfuit Concilio Mantuano Eugenio Pont: Max:
An: Dom: — — — — — — — 826.
in quo Aquileiensem Ecclesiam Matrem, et Gradensem filiam esse Patres
unanimiter declararunt
Vide in Chron: acta Concilij Mantuani; Ughell: T: 5: Pall: lib: 3: f: 110.

Andreas Pat: Aq:, cui Sergius Papa scripsit, dum Generale Con-
cilium meditabatur celebrare, sedebat An: Dom: — — — — 844.

Ughell: in Addit: T: 5: fol: 38:

Venantius natione Italus praefuit Ecclesiae Aquil: Bene-
dicto 2. Pont: Rom: sedente An: Dom: — — — — 657.
Cat: Eccle: Aq: tutior testis quia Claud: Rob: cit: ab Ughell: T: 5: f: 39:

Hindelmarius dictus, et Theutmarius Pat: Aq: Synodo à
Joanne 5. Rauennae celebratae interfuit An: Dom: — — — — 674.
et cum Istrianibus differentias composuit An: Dom: — — — 677.
Rub: in Hist: Rauen: lib: 5: cit: ab Ughell: T: 5: f: 39. et 40. Hist: F: I. libellus

Post Hindelmarium ante Valpertum legitur sedisse Lupum; sed
uno, eodemque An: 677. tres sedisse Patriarchas suspecta traditio est
praesertim quia de hoc Lupo nullus Actus apparet.

Valpertus Pat: Aq: ad quem scripsit Joannes 5. Pont: Max:
Ep: 46: die ultima Maij Ind: 10. May — — — — 677.
Sacrae dignitatis indemnitati studuit, et sponsam Eccl.m quam diu rexi-
sit diligenter administrauit. Ughell: T: 5: f: 41.

Federicus p.s siue Fridericus Vngarico Regio sanguine
ortus ex monaco Fuldensi Pat: Aq: festum Imaculatae Conceptionis
B: M: V: colendum instituit; et meritis clarus obijt Claud: Rob: teste.
An: Dom: — — — — — — — — 697.
Scholeben T: I. p.e 3. f: 465: Ciacon: in Vit: Greg: 7. Pacant: Sac: Ant:
T: 2. sec: 7. cap: 2.

Leo Pat: Aq: in defendendo Eccl.am suam fortissimus
Rodoaldi Regali insidijs, et armis impie necatus est test: Ughell:
T: 5: Pall: lib. 2. An: Dom: — — — — — 909.
Hinc Regulus paenitentia ductus S. Benedicti Templum extruxit ubi
nunc Oppidum est Prius eiusdem nomine appellatum.

Federicus 2. Pat: Aq: ab Berengario Imp.re Papiae
agente habuit Vinum, et plura Castella, quae hinc ab Othone
2. confirmata fuerunt Eccl: E Aq:e, ut constat in Thesauro Jurisp-
rudentiae eiusdem Ecclesiae Scrin: signato n.o 15. et patet in diplomate
à praedicto Berengario concesso die 7. Kal: Aprilis An: Dom: — 921.
Vrsus Pat: Aq: pro Eccl.ae sponsa plura tustulit aduersa, et diuina
fauente clementia superauit, et obijt in Ciuit: Forj Jul: circa An: Dom: — 930.
Catal. et Regest: Eccl: Aq: Hist: F: I:

Lupus Pat: Aq: rebus temporalibus aliquandiu controuer-

sis

sis una cum Venetis conventionem statuit An: Dom: —— 944.
Document: ex Foroiulianeo Codice desumpt: in Hist: Vghell: T: 5. f: 43.

Engelfridus Pat: Aq: Concilio Romano adfuit pro Joanne 12: Papa deposito, in cujus locum Leo 8: subrogatus fuit; et in eadem Urbe regente languore agrestus obijt An: Dom: — 963.
Vghell: T: 5: f: 43. Pall: P: p: lib: 4: f: 158:

Rodoaldus Pat: Aq: Sinodo Ravenati Joanne 13. Pont: Max: celebratae interfuit. Vghell: T: 5: fol: 45: et Hist. Concilij tom: 8: 967.
Ottonis Imperatoris diploma ejusdem Anni 967. quoque confirmat.

Joannes 4: Pat: Aq: Rodoaldo successit An: Dom: —— 996.
eodemque Anno Kal: Junij ind: 9. ab Ottone 3. Privilegiorum Aquilejen: Ecclesiae confirmationem habuit.
Interfuit consecrationi Basilicae Bambergensis An: Dom: — 1011.
et Capitulo Civitatensi Villam Premariacci donavit An: Dom: — 1015.
Vghell: T: 5: in Hist: Pat: Eccl: Aq: Hist: Forum:

Hinc Aquilejae Residentia stat rum.

Popo in Germania claro genere ortus ex Cancellario Henrici Imp: Pat: Aq: Anno Dom: — — — — — — — 1019.
ab eodem Henrico privilegium cudendi pecuniam habuit. Templum Aquilejae S: mae Virgini deiparae solemni pompa dicavit assistentibus duobus S: R: Eccl: Cardinalibus, et 12. Episcopis 13. julij, 1031.
obijtque in eadem Urbe illo sepulturae honorifice in Templo An: Dom: 1044.
Cat: Eccl: Aq: Vghell: T: 5: Hist: F: D: com:
errarunt, qui asseruit Popponem Pat: Aq: fuisse quoque Romanum Pont: Max:, quia nec in Historiis, nec in lapide Monumentis, nec in Regestis apparet.

Eberardus ex Canonico Augustano Pat: Aq: Romae adfuit Concilio Lateranensi Clem: 11. Papae, cui sedit ad dexteram et ad sinistram Humifridus Ravennae Archiepiscopus An: Dom: — 1047.
Sigon: de Regn: Ital: lib: 8: f: 203. Cat: Eccl: Aq:

De contentione inter Episcopos Mediolanensem, Ravennatem, Aquileiensem quis illorum videretur esse major. legg: in Sac: monum: Veron: T: 1: Anot: 4: f: 15:

Gotopoldus dictus, et Gotobaldus Pat: Aq: ab Alexand: ii: Pont: Gradensis Insulae confirmationem, et ab Henrico iii: Italiae Rege Ducatum Forijulij, et Istriae Marchionatum obtinuit, Ughello, et Histor: For: Jul: Commun: testibus An: Dom: — — — 1065.

Ravengerius natione Germanus duobus tantum annis vixit in Sacra dignitate Patriarchatus Aquil:, et obijt An: Dom: — 1068.
Cat: Eccl: Aq: Ughell: T: 5: Pal: P: 5: lib: 4: f: 159.

Sigeardus Henrici Imperatoris Cancellarius ad Patriarchatum Aq:m ascendit; in Tribureni Concilio Romanam Sedem egregie deffendit. Ughello, et Palladio testibus An: Dom: — 1076.

Henricus natione Germanus ex Cannonico Augustano Archidiaconus Aquil: Eccl:e, hincque Pat: An: Dom: — 1077.
Interfuit Romanae Synodo Greg:o 7. Pont: Max: An: Dom: — 1079.
Ughell: in Addit: f: 58. test:, et obijt An: Dom: — — — — 1084.

Federicus 2: natione Germanus sedit in Pat:tu Aq: anno uno, et proditorie a subditis necatum fuisse tradit Joannes Stump: in Chron: Elvetiae, quod et affirmat Chronicon Augustanum ad Annum Dom: — — — — — — — 1085.
Moravensis in Additionibus ad Ughellum T: 5: f: 58.

Voldaricus Marquardi Carinthiae Ducis filius, atque Henrici 4. Cesaris Agnatus ex Monaco S: Galli de Elvetia ad Pat:tu Aquil:m promotus An: Dom: — — — — 1086.
Pacem composuit inter Paschalem ii: Pont: et Henricum Imp:m, ac Mosacensem Ecclesiam dedicavit An: Dom: — 1119.
Moravens: in Addit: ad Ughell: T: 5: f: 59:, et obijt An: Dom: — 1127.

Gerardus de Cremoniaco Villa non longe a Civitate Forijulij ob mirabilem Sanctimoniam ad Pat:tu Aq:h assumptus, exemplarissima claruit humilitate, qua potius, quam alia causa (ut cantent nonnulli) a dignitate abdicatus est Honorio ii: Pap: An: Dom: — — — — — 1128.
Ughell: T: 5: Baron: an: 1125. Dandolus An: 1130:

Peregrinus Gerardo successit. Magnus Consilij Vir ab Henrico 5: Imp:e de Regalibus largitionibus investitus fuit.

Loth:

Lotharij Coronationi interfuit; praeclarum obtinuit Privilegium ab Inno: 2. tertio Kal: Iun: indict:e 10. — — — — 1132.
adfuit Conrado ex Ierosolimitana expeditione redeunti An: D: 1149
Vghell: T: 5: Cat: Eccl:ae Aquil: Hist: For: Iul: test: et obijt An: Do: 1162.

Voldaricus 2. sive Vldaricus Pat: Aq: electus, mox Legatus Apostolicae Sedis factus ab Adriano 4: confirmationem Privilegiorum Ecclesiae suae obtinuit, et a Federico Imp:e Ampl:m quoque habuit eiusdem Pat:tus diploma An: Dom: — 1180.
Cat: Eccl: Aq:; Vghell:, et Hist: For: Iul: testibus et obijt An: Dom: 1184.

Gothifridus claro genere natus ad Pat:m Aq:m an: D: 1184.
teste Sigonio promotus; Henricum filium Federici primi Imp:is coronavit Regem Theutonicum 6: Kal. Feb: An: Dom: — 1186.
Consecravit Templum S: Mariae de Carcere mense Martio An: D: 1189.
et retulit ab Henrico 6: Investituram, et Privilegium Eccl: suae D: 1193.
quo An: circiter obijsse putatur.
Cat: Eccl: Aq: Vghell: T: 5: f: 74: usq: 77.

Peregrinus 2. Pat: Aquil:s Templum Civitatis Fori Iulij reaedificavit, fecitq. in eo tabulam Argenteam; pulchriorem mox aliam fecit in Templo majori Aquileiae, quam nunc in Thesauro adhuc servant Patres Veneti, cum quibus iam Peregrinus plura contraxit.
Habuit ab Henrico 6. investituras eiusdem Ecclesiae suae An: D: 1195.
et obijt die 8. Maij in Civit:e Forijulij, mox Aquileiam ad Templum delatus An: Do: — — — — 1204.
Cat: Eccl: Aq: Vghell: T: 5. includit: fol. 77. et 78. Hist: fo: i. com:

Volfkerus Taurisij nobili genere natus Coloniae Agrippinae agens Eps: Pataviensis primum, hinc Pat: Aq: factus An: D: 1204.
Lateranensi Concilio interfuit An: Dom: — — — — 1215.
Laudabilia plurima egit, et migravit ad Dominum sanctimoniae opinione habitus An: Dom: — — — — 1218.
Cat: Eccl: Aq: Vghell: T: 5: Pall: l: 5. f: 195. Nicoletus in M: S:
Hinc Residentia Vtini foro Eccl:co, et Saeculari concomitantibus.

In Veteri editione Italiae Sacrae Ferdinandi Ughelli a primo usque ad ultimum Christi Saeculum Praesules Aquileienses Episcopos et Patriarchas nuncupari percipimus, et huius Praeclari Auctoris verum esse Testimonium existimamus.

Periodo.

Pertoldus ex Ducibus Meraniæ S: Hedvigis frater, et S: Elisabeth Ungariæ Reginæ Patruus, ex Archiepiscopo Colocien:" Cat: Aq: electus An: Dom: — — — — 1218.

Vir animo et opere eximius, Utinum brevi Aquileiæ Metropoli suffectum transferre Sedem meditatus, ibi S: Udalrici Templum extruere incœpit An: Dom: — — — — 1225
Dedicavitque An: Dom: 1238.
et obijt An: Dom: 1251.
Ughell: T: 5. Hist: L. 7: 8. com:"

Gregorius de Monte longo natione Campanus Regni Neapolis Pertoldo successit An: Dom: — — — 1251.
Laudabilia plurima egit; Cannonicos Metropolitanos ad numerum 24. reduxit; Capitulum Utinensem de Templo Castelli ad Basilicam S: Ulderici transtulit, et obijt An: Dom: — 1269.
Cat: Eccl: Aq: Epist: Alexandri 4. Pont: de An: 1255.

Raimundus Turrianus Mediolanensis Epis: Cumanus à Greg: 10. Pont: promotus An: Dom: — — — — 1272.
Ecclesiam Sponsam mirabiliter coluit. Utinum ampliori mœnium circuitu auxit, et in Castello ejusdem Civitatis obijt 22. Febrij mox Aquileiæ sepultus An: Dom: — — — — 1298.
Joan: de Lupica Not: Regest: Eccl: Aquil: Hist: com:

Petrus Gerra Ferentinus de Comitibus Romanis à Bonifacio 8: ad Sedem accitus An: Dom: — — — 1299.
modico tempore suam digne administravit Ecclesiam, et obijt Utini An: Dom: — — — 1301.
Ughel: T: 5: Hist: L: 7. 8. com:

Ottobonus Placentinus ex Episcopo Patavino à Bonifacio 8. Aquileiensi defuncto suffectus Anno Dom: — 1301.
Utinum die 10. Augusti solemniter introivit An: Dom: 1302.
interfuit Viennensi Concilio Clemente V. 1311. et obijt 1315. die 13. Junij: Regest: Eccl: Aq: Hist: L: 7. 8. com:

Castonus Turrianus ex Archiep: Mediolanensi Joanne 22. Pont: 4. Idus Julij An: Dom: — — — — 1317.

mense octavo sui Patriarchatus in itinere propè Florentiam delapsus occubuit. 12. Aug. An: Dom: ——— 1318.
Aitinus citatus à Bellono in M: S: Hist: com:

Paganus Turrianus Mediolanen: ex. Patav: Episc: X. Kal. April: Joan: 22. Pont: Anno Dom: ——— 1319.

B: Odoricus Ord: Min: Utini miraculis clarus Arca pretiosa condidit, et migravit ad An: D: ——— 1332.
Aitinus citat: à Bellono in M: S: Hist: F: 1. com:

B: Beltrandus de S: Genesio Narbonensis Gallus Divina et Humana Sapientia clarus, e. 12. Sac: Rom: Rotę Vir Pat: Aquil: An: Dom: ——— 1333.
A ardua multa fundata, et aucta de Utinensibus optime meritus Eccl: suę Jura constanter tuendo Martirium sponte subiit; testibus Hist: com: 6. Junij An: Dom. ——— 1350.

In opere p° impresso Bellanditarum sub die 6. Junij error est circa illa quinq: simulacra Mulierum, quę B: Beltrandi Arcam sustinere videbantur quondam in Basilica Utini antequam de proprio Altari ad majus Sacellum ejusdem ~~...~~ Basilicę transportaretur. Quinque Foroiuliensis Provincię Urbes repręsentasse præfati Scriptores asserunt, et quintam Palmę Urbem, quę tempore Sculpturam Iconum nondum erat ędificata, inquirunt figuram intueri. Si dixissent illam, quę in medio erat significasse Provincię Imaginem, et Aquileiam, Concordiam, Civitatem F: J:, et Utinum, alias 4.r adhuc non inaniter ostentavissent; sed meo videri aliter repręsentabant, scilicet; Alexandram Aquilejensem Viduam Discipulam S: Ermacorę, et S.S. V.V. et M: M: ejusdem pariter Discipulas, Euphemiam, Dorotheam, Teclam, et Erasmam ab eodem S: Ermacora baptizatas. Arca illa, ut patet in Hist: For: Jul. a B: Beltrando iam facta, et designata erat pro corpore S: Ermacorę, cujus Martirium exterius sculptum refert, ideo, et ejus Discipulas putandum, Icones illas inesse, pręsertim Alexandrę, quę S: Ermacorę corpus aromatibus condere, et sepelire curavit, ut legitur in Breviario Aquil: 12. Julij Lec: 6. Scimus quod Cariatides id dicebantur simulacra

Puellarum

Puellarum, quæ Columnarum loco pondus aliquod sustinebant, ut patet in Plinio lib: 36. et in Vetruvio Cap. p.º sed hæc in profanis concedo, in Sacris Nego, et quod dixi de Aviæ Simulacris, adhuc opinor, et sentio.

Nicolaus de Lucemburgo ad Pat: tum assumptus Clemente 7. Pont: An: Dom: — — — — — — — — 1350.
Justitiæ armatura fortis S: Beltrandi Mart: continuit Hostes, et Utinen: Ecclesiæ incrementa brachio victore confirmavit mox æternam vocatus ad requiem, et Utinis ejusdem tumulatus in Templo An: 1356. Ughell: T: 5: Rogatt: Eccl: Aquil:

Ludovicus Turrianus ab Episcopatu Coronensi ad Dignitatem Aquileiensem Innoc.º VI. delatus An: — — — — 1358.
intestinis seditionibus Forojulien: Provinciam expurgavit à morte raptus An: Dom: — — — — — — — 1364.
Rogatt: Vaticana Ep: 14. f: 28. An: 4. Ughell: T: 5:

Marquardus Candechius ex Augustano Epis: Pat: Aquilensis An: Dom: — — — — — — — — 1365.

Carolo IV. Imperatori admodum clarus, et Virtus egregijs virtutibus præditus Sponsam Ecclesiam optimè rexit, et migravit ad Dominum die 3. Januarij 1381. Ughell: T: 5:

Philippus Alenconius Cardinalis ab Urbano 6. promotus An: Dom: — — — — — — — — — — 1381.
at ab Utinensibus (ne sedes commendata videretur) minimè acceptus Romæ stetit. Ughell: T: 5: Hist: P: F: J:

Joannes filius Ducis Moraviæ à Capitulo Aquil. contra Alenconium adlectus Utini egit, et inter discrimina interijt morte Vincislai Regis Affinis sui An: Dom: — — — — 1395.
Ughell: T: 5: Hist: comv:

Antonius Caetanus Romano ill:ri genere ortus, Joani Moraviæ successit An: Dom: — — — — — — — 1395.
et Cardinalis S. Ecclesiæ factus Romæ stetit usque An: — — — 1402.
Ughell: T: 5:

Antonius Pancierinus primum Concordiæ Epis:, Hinc Pat: Aquil: An: Dom: — — — — — — — — — 1402.
propter doctrinam, et Religionem à Joane 23: creatus Cardinalis S. Susanæ; In Templo majori Civitatis Utini eidem Sanctæ titulari suæ Altare

dicavit

dicavit, et Sacello suo Gentilitio stemmate insignivit. Cat: Eccl: Aq: Hist: Capod: f: 98. usque 102.

Antonius de Ponte Venetus a Prep:° 12: in schismate ad Pat: tum promotus, stetit contra placita Joannis 23: (Ughell: et alijs Historicis testibus) ad Annum — — — — — — 1416.

Ludovicus Techius postremus illius Gentis Dux a Capitulo Aquil: electus, et An: Dom: — — — — 1418.
a Martino V. confirmatus Basiliensi Concilio adhesit, et obijt An: 1435. cui Alexandrum Masovientem Successorem dandum esse non arbitramur, sic Ughell: in notis, et nova correctione T: 5:

Joannes Vittelescus ab Eugenio IV. electus Ecclesiam Sponsam per quinquennium absens coluit a longe, decessit: An: D: 1439.
Ughell: T: 5: Hist: P: F: J:

Ludovicus Mediarota Scarampus Patavinus ad Pat: um Aq: m promotus die 12: Januarij An: Dom: — — — — — — 1440.
Vna cum Venetis res temporalis Dominij consensu Romani Pont: Joane de Reate protonot: Aplico Procuratore interveniente sancivit anno 1445.
et Cardinalis S: R: E: titulo S: Laurentij in Damaso obijt An: Do: 1465.
Ughell: T: 5: Hist: Com.

Aquileiae, Venetiae Vrbs communi Scriptorum sententia dicitur progenitrix ex his, quae reservantur in Ptolomaeo, in Plinio, in Ducio et in Leandro Alberto contra Strabonem fol: 440. Inclita Venetiarum Respublica aeternum Religionis propugnaculum a Deo datum Idem ac Prisca Aquileia radicum Corpus cernitur in transmigratione Virorum Aquiliensium suorum, a quibus Patriae Nomen usque in hodiernum diem For: Iul: Provincia sumpsit, ut constat apud Sabellicum, et alios Auctores. Hinc D: Marcum primum Eccl: Aquil: Apostolicum Doctorem praecipuum Tutellarem suum non habet incassum Veneta Regina Maris, quae Christianae Sapientiae studio, et divinae favore Virtutis eamdem Ecclesiam Aquil: m de varijs Prophanis usibus, et de multarum confusionum abstulit calamitatibus; ideo Numisma, in quo Ludovici Mediarotae Patriarchae Aquil: s Imago est, et ibidem in emblemate armatis Gentibus Templum circum=

sceptum

sceptrū repraesentanti (Ecclesia vestitutae ex alto) legitur.
Nos Venetos pro Ecclesia Aquil: vindicias inveve primo intu-
itu (quando aliud significatum n̄ habeat) interpretave mus; Nu-
misma hoc enim vidimus, et a quocunq: videri potest etiam
impressū apud Tomasinū Episc: Emoniens. de Vir: ill: in Elog:
de Mediavotta, ideò rejicitur opinio Valvasoni, qui Ludovico Tur-
riano Pat: Aq: aequivoco Nominis errore, et inconsulta His-
toria tale monumentū attribuit.

Marcus Barbus P: V: Pauli II. Pontificis Nepos
Vir doctrina, et moribus clarus Pat:ae Aquil:is, et S. R: E: Cardin: An: D: 1465.
Romae continuo egit, ibique piissimè obijt An: Dom: —— 1490.
Regest: Rom: et Aq: Hist: L: 7: D:

Hermolaus Barbarus litteratura, et morū candore
conspicuus successit An: Dom: —————— 1491.
trienio in dignitate vixit usque An: Dom: 1494:
Regest:, et Hist: ut supra.

Nicolaus Donatus ex Emoniens: Episc:o ab Alex:
andro 6. electus sedit usque ad An: — — — — —— 1497.
quo decessit, et fuit in templo majori Civitatis Foroiulij sepul-
tus. Vghell:, et Hist: L: 7: D:

Dominicus Grimanus Philosophiae, et Theologiae Doc-
tor eximius Nicol: Don: suffectus An: - — — — —— 1497.
ac Cardin: S. R. E. factus Romae stetit, et obijt An: - - - - 1523.
Vghell: T: 5: Hist: L: 7: D:

Marinus Grimanus Pat:ae Aq: electus Vtinū solem:
niter introivit Kal: 9bris An: — — — — — — —— 1524.
eosque Cives tanquā Aquileienses praecipuo Diplomate sta-
tuit 10. Xbris 1524: Eamdem Collegiatae Civitatensi indul-
sit, factus hinc Cardinal: S. R. E: à Clemente 7. An: ——— 1527.
Cat:, et Regest: Eccl: Aq: Hist: L: 7: D:

Marinus

Marcus Grimanus successit Regnante Clement: 7. die
16. Apr: An: Dom: — — — — — — — — — — — — 1529.
et Paulo III. contra Solimanum Imp: Apostolicus Sedis legatus
in eo munere se Virum tulit Prudentem, et fortem An: Dom: 1537.
Regest: Romæ, et Aquil: Hist: P: J: D:

Joannes Grimanus Marco Grimano successit An: Dom: — 1546.
uices aliquot sustulit, et residentiam aliquandiu prorogavit:
interim.

Daniel Barbarus electus Concilio Tridentino interfuit
Patriarcha Aquileiensis ad instar, et prædecessore adhuc uiuente
obijt An: Dom: — — — — — — — — — — — — 1570.
Hist: P: J: D: Concilij Trid: in Calce.

Aloisius Iustinianus loco Danielis Barbari electus
Romæ periit, et Prædecessore Jo: Grimano adhuc uiuente decessit
Cat: Eccl: Aq: Hist: P: J: D: An: — — — — — — — — 1565.

Franciscus Barbarus Iustiniano successit electus 1585.
et Jo: Grimano Patriarcha An: — — — — — — — — 1592.
Vir probitate, scientia, et Zelo magnus Concilium Provinciale Vti-
ni celebravit An: — — — — — — — — — — — 1596.
totam uisitavit Diœcesim, etiam à parte Imperij, et obijt An: — 1615.
Regest: Eccl: Aq: Hist: P: J: D:

Hermolaus Barbarus Francisco Fratri successit Eccle-
siam suam optimo exemplo administravit, et migravit ad Dnum An: 1622.
Vtini marmoreo obtecto una cum Fratre in templo S: Antonij
Abb: sepultus.
Regest: Eccl: Aq: Hist: P: J: D:

Antonius Grimanus electus An: Dom: 1622.
Vtini Synodum Diœcesanam celebravit An: — — — — — 1627
et obijt 1628. Regest: Eccl: Aq: Hist: P: J: D:

Augustinus Gradonicus Antonio Grimano successit, et obijt
Patavij An: Dom: — — — — — — — — — — 1630
Cat: et Regest: Eccl: Aq: Hist: P: J: D:

Marcus Gradonicus electus, et confirmatus ab Vrbano 8.
Sponsam Eccleam adijt: — — — — — — — — — 1630

sequc

eoque tat.ª Vtinum Urbi S. Eugenium Martirem perpetuum
Protectorem coluit, et corporis translationem solemniter cele-
bravit An: — — — — — — — — — — 1653
Hinc 16. Feb: 1656. Marius decessit, cui
Hieronymus Gradonicus eodem anno suffectus Eccle-
siam biennio administravit, et eo defuncto
... Delphinus electus dignitatem adivit An: D: 1656



4.
2

ulae valp... — — — 65
vum ei successit non ...
...i Archiepiscopus Utinensis. Obijt anno

Marcus Grimanus successit Regnante Clem: 7. die 16. Apr: An: Dom: — — — — — — — — — 1529.
et Pauli III. contra Solimanum Imp: Apostolicæ Sedis legatus in eo munere se Viro tulit prudenter, et forti An: Dom: — 1504.
Regesti: Romæ, et Aquil: Hist: l: 7: l:

Joannes Grimanus Marco Grimano successit An: Dom: — 1546.
nices aliquot sustulit, et residentiam aliquandiu prorogavit:

eoque Patr.a Utinum Urbi S: Eugenium Martirem proprium Protectorem coluit, et corporis translationem solemniter celebravit An: — — — — — — — — — — 1653
Hinc 16. Feb: 1656. Marcus decessit, cui

Hieronymus Gradonicus eodem anno suffectus Ecclesiam biennio administravit, et eo defuncto.

Joannes Delphinus electus dignitatem adivit An: D. 1658
Et Cardinalis S. R. E. titulo S. Viti, et Modesti promotus ab Alexandro 7. die 7. Martij — — — — — — 1667
Magnus, et laudatissimus Vir obijt An: — — — — — 1699.

Daniel Delphinus electus Joanni Fratri suo anteà pluribus annis adstando promeruit, et premoviendo properavit ad gloriam.

Dionysius Delphinus electus à die obitus Danielis Patrui sui adijt Utinum, et Joanni Cardinali successit. Pallatium Patriarchale, ac Templum S: Antonij Abb: magnificenter auxit, et exornavit, et de toto Clero, ac de universa ~~Ecclesia~~ Diœcesi optimè meritus migravit ad Dominum 13: Augusti An: — — — — — — — — — 1734.

Daniel Delphinus electus ab antecessore Dionijsio Patruo suo. Ad Patriarchalem Sedem venit die 21. 9.bris 1734. Obijt 13. Martij 1762. Sepultus est in Ecclesia Sanctæ Mariæ Magdalenæ Congregationis Oratorij. Ultimus Patriarcha Aquilejensis, et primus Archiepiscopus Utinensis. 1762

Bartholomæus Gradonico a Daniele Delphino electus in Patriarcha vurum ei successit non uti Patriarcham uti Archiepiscopus Utinensis. Obijt anno 1765

1765. die mensis Novembris. Mortuus Utini translatum, et sepultus in Ecclesia Metropolitana.

78. Hieronimus Gradonico Frater Bartholomaei, ex Clericis Regularibus, vulgo
1766. Teatini ab Ecc.mo Senatu Veneto electus. obijt Utini anno 1766. die 30. mensis Januarij. Sepultus est in Ecclesia Hospitalis Majoris. Seminarium fere a fundamentis erexit.

Nicolaus Sagredo P. S. Ven. ab Ecc.mo Senatu electus Archiepiscopus Utinensis ad regimen hujus Dioecesis venit die tertia Julij 1766.

Stemata Patriarcharum Aquilejens^um^

i 2

3 4 5 6/7

i Pertoldus de Andechs
2 Gregorius de Montelongo
3 Raimundus Turrianus

4 Petrus Gera de Comitibus
5 Ottobonus Razzius Plac:
6/7 Castonus Turrianus, et Paganus

8 9 io ii

i2 i3 i4 i5

8 Beltrandus de S. Genesio B.
9 Nicolaus de Lucemburgo
io Ludouicus Turrianus
ii Marquardus Andechius

12 Philippus Alenconius
i3 Ioannes de Morauia
i4 Antonius Cajatanus
i5 Antonius Panciarinus

à primo Vtini eorum Incolatu

16 17

18 19 20 21

16 Antonius de Ponte Ven.
17 Ludouicus Techius
18 Ioannes Vitelleschus

19 Ludouicus Mediarota
20 Marcus Barbus Ven.
21 Hermolaus Barbarus Ven.

22 23 24 25 26 27 28

29 30 31 32 33 34 35 36 37

22 Nicolaus Donatus
23 24 25 26 Dom. Grimanus, Marinus, Marcus, et Ioan.
27 Daniel Barbarus
28 Aloisius Iustinianus

29 30 Franciscus Barbarus, et Hermolaus
31 Antonius Grimanus
32 33 34 Augustin. Gradonicus, Marcus, et Hieron.s
35 36 37 Ioan. Delphinus, Dionisius, et Daniel

36. Bartholomeus Gradonicus
39. Jo. Hieronimus Gradonico

[illegible]
[illegible]

Series Chronologica Patriarcharum Aquilejensium exactiori combinatione temporum, et certiori Monumentorum integritate nuper depromptas.

S: Eclesia Aquilejensis in principio Christianæ Religionis orta Imperatoribus persequentibus diu dormivit in Cunabulis, et strepitu Numeriani saevientis surrexit Hilar:° Ep:° et Mart: Anno Dom: 276. Hinc crudelissima Diocletiani tempestate plurimorum Fidelium sanguine imbuta, praeclarum Sanctitatis lumen emisit, ac Arianam hæresim in suo Concilio damnavit An: Dom: 381. Longobardis in Italia regnantibus è feto schismatis Gradensem Ecclesiam edidit. Grego: II Pont: Max: Patriarchalem titulum, Paliumque suscepit An: Dom: 719.

Et Carolo magno Imperante gloriosum adepta incrementum antiquæ dignitatis iure, et Pij IV. decreto 31: Xbris 1561: post quatuor Orientales Eclesias prior à suprema Latina eminet in Occidente: Baron: T: p: An: 46: 48: et 381. Cornelio a Lapid: Arg: in Marc: Boland: T: 3. Ap: f: 347. Ughel in Ital: Sacr: T: 5: f: 19: 20: et 21. Codices antiq: et seu Lezionarij S. Eccle: Aquil:ae C: Thulner in memori: Diplom. Caroli M: Hist: F: I: Vident: in Calce:

[illegible]